

2085

LITURGICI.

2086

Decreta num. 58. vide apud Gavant. in init. Thesau. Sac. Rit. et plurima alia in mea prax. canon. T. I. lit. J. de Judic. n. 43. fol. 777. ad fol. num. 791. Sequitur Index Materialium a voce Abbas. Absolutio. Acolythus &c. usque ad vocem Versiculi. Vesperae. Vestes. Articuli universim CXXIV. e diversis Scriptoribus liturgicis studiose congeſti. Addam de Autore apud Joecherum desiderato, quae comperi. Exactis Romae 20 annis ad eos, quos supra notavit, pervenit titulos. His accedere deinceps dignitas Protonotarii Apost. Familiaris Aulae Caes., Conſiliarii eccl. Moguntini, et Praepositi Ecclesiae Collegiatae B. M. V. in Solio Carinthiae. Edidit. Anacephalaeosin ceu brevem Rem Diplomaticam supremi, ut vocat, Angelici Constantiniani Heracliani Primi Ordinis S. Georgii. Pofonii 1722. 4. Praxin Canonicam. Aug. Vindel. 1728. f. Opusculum de Origine et Praxi sacrorum Ritu-um. Ibid. 1734. 4. Praxin Moralem pro Parochis et Confessariis. Ibid. 1735. f. Annotationes Theoricopracticas ad Tractatum de Decimis Job. Petri Monetae c. Centuria S. Rotae Rom. Decisionum recentior. et recentiff. Ibid. 1737. f. An repetito in Praefatt. de uberiore Doctrina etiam Civili et Criminali edenda promisso deinceps se exſolverit, ignoro.

DCCCXLIX.

R. 989 Codex chartaceus ital. Sec. XVIII. Folior. 58. f. maj. ma-
Denis Codd. Theol. V. II. P. III.

gnifice exaratus Exemplar est II. Dissertationum ab autore J. B. Castillioneo Canon. Diplomatices Professore publ. et Archid. Ferdinandi Mediolani Bibliothecario oblatum Josepho II. Imp. a. 1769. Dissertatio I. inscribitur: *Dell' antichissimo Rito di pregare per l' Imperatore interamente conservato nella sola Ambrosiana Chiesa. Altera: Chiesa di Milano Metropoli.* Vides illam liturgici, hanc canonici Fori esse. Utraque lucem publicam simul adspexit Mediolani 1771. 4. max. et quidem plenior; nam in Exemplo *ms.* deest locus Dicationis a verbis: *Felicità, di cui fra i vasti &c.* usque ad verba: *Così piaccia al supremo &c.* deest Praefatio, et Tabula Paragraphorum, desunt demum ad calcem Disputatio de Privilegio ab Angilberto II. Archiep. Mediol. Monasterio S. Ambrosii concesso, et Tabellarum aenearum, quibus utraque Dissertatio ornata est, Explicatio.

DCCCCL.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3166
XIV. Folior. 132. f. maj. per duas columnas luculente exaratus, coloribus, et variis Initiorum literis deauratis et picturatis speciosus, est *Missale* juxta ritum *Salisburgensis* Ecclesiae, et specialius deputatum *Altari beate Margarete virginis in Capella sancte Katherine sita in Cimiterio Nouecuitatis*, ut liquet e praefixo Calendario ad *Novembrem*, ubi Dedicatio hujus Altaris peragi dicitur
U Domi-